

Westerbanio.

(426)

Quam duras, Vir amice, voles imponite leges  
Largus in ingratum non esis Hugenium.  
En ego promissi, pro missis stare paratus  
Quo nequeat quidquam gratius esse dabo:  
Pro Fragisque Rosisque, puta, cum venerit Aestas  
Ipsas tibi reddam Fragas, Rosasque tuas.

Westerbanius.

3.

Fragas rosasque dedi: Tu si, cum venerit Aestas  
Fragas rosasque dabis, fragas rosasque tuas.  
Sit mihi fas, humilem nisi dedignaris amicum  
Dicere, summe virum. Jam sumus ergo pares.

Hugenius.

(427)

Fragis Rosisque si case<sup>re</sup> commodum est  
Fragis rosisque commoda vitaulio.  
Vitaulianas commodator auferes.  
Fragis Rosisque gratias Gratias.

Westerbanio.

(428) (435)

Fecit Amicæ valetudo Vir Nobilissime, cui committ<sup>re</sup>  
teneo tabellas soleo, et mea item non ad amissim bona  
ut hasce postremas acceperim, pridio postquam fuerunt  
scriptæ. Hinc est quod serius rescribo, gratiasque ago  
quas mereri voluisti, et plane meritus es lufulentæ  
Latinitatis purus et lufulentus interpres, si gratiam  
gratiã cumulare amas, iterum te rogo, ut quas  
hujusmodi amoenitates ventilanda bene inter nos  
ludantur, longius ne prorepant, certe Typographo  
rum fidei ne committantur. Ab eo tempore quo  
non unam causam esse, ut sic mouerem, scripsi,  
alia porro non una accesserunt. Vale et me ama.  
Hagæ. XV. April. 1626 LIII.

Tui observantissimis  
C. Huygens.

(429)

Westerbanio.

Morem tibi, sine morã gessi, Vir Amice: nec religio  
fuit elogio quatenusque prosequi Poema non inspectum,  
quianam profectum ab illâ manu, quam satis certus  
sum